

EDITIO SECUNDA.

QUOMODO hec nominare debemus, modo dicamus.

1. — Enea namque, legit in ystoria, qui de magna Troia exierunt urbe cum undecim fratres suos. Egilius Gauli fuit illorum pater; tres de eis fratribus in Patua civitate erunt habitantes. toti autem isti quod supra nominatur, que cum eos venerunt, que civitates et 5 castelli ad illorum nominatione illos fuerunt facientes; sed propter flagellationem, que per aqua et per terra sevimissimi pagani venturi erant, illi autem foras fuerunt exeuntes. de Persis parte venerunt Masentius tyrannum per aqua. ille prophanus et impius destruxerunt, ubicumque imperates invenit civitates et castellos et multi- 10 tudinem hominum, mille et mille varium numerum incognitum interfecit. Deo sibi contrarium, celi fulgur venit super eum et super omnibus suis. postquam ille impius apprehendit et flagellavit sive destruxit usque ad solum illa precipua et magnifica seu et procelsa Troia civitate, ille prophanus nichil erat videndum. ipse 15 cum omnibus ne numerare neque existimare nullus erant, qui eos potuerunt comprehendere. toti autem eorum erant hic stantes obcecatos, nec antea nec retro videretur essent euntes. venit Constantinus cum Eraclio ^(a) christianissimi imperatoribus de Constantinopoli cum magno exercitu: apprehendit illis impiorum cum toti 20 eorum. Maxentius cum omnibus suis flamis statim eum comburerunt, vivos illos incendebantur. Chosroe noluit convertere; caput illius amputavit. suum filium, quos invenit, imperatoribus Romam secum deduxit; a papa nomine [****] christianum eum fecit; im-

(a) V Eraclio